



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

18 Martii. 15 Kal. April.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

IS  
ta dixi-  
migrati-  
ammas  
re. Fac,  
nemo  
e beati  
o, pre-  
npuri-  
qua ex  
sancto  
de ar-  
ui cor-  
omo-  
dore,  
Ale-  
inum  
aan-  
.imo-  
Ger-  
cum  
item  
biles  
, in  
NES

XVIII MARTII. 283  
OMNES SANCTI, &c.

pag. 44.

S. MARIA, quæ, cùm ab hodierno  
S. Josepho ab Arimathiâ corpus tui  
Filiū conderetur, adfuisti. Fac, ut grata  
præstem obsequia Filio tuo, & tibi. Nam  
quod illi facio, placet ibi; & quod tibi  
facio, placet illi!

S. MARIA, cui hodierna S. Ger-  
trudis Virgo per insigne facellum ex-  
truxit, ad eximum purissima castita-  
tis donum, per te, à Deo impetrandum.  
Ora, Domina, ora è pro me; ut cor  
mundum, id est, cor Deo videndo &  
amando idoneum, creet in me Deus: ut  
cor meum sit nitidissimum tuum fa-  
cellum, in quo tu erigas aureum divini  
amoris altare, ô Mater pulchra di-  
lectionis!

18 Martii. 15 Kal. Apr.

S. Eduarde Rex, novercæ operâ  
ex insidiis occise; cuius, in æsti-  
mandis, & favendis hominibus  
Deo sacris, piam liberalitatem mi-  
raculis etiam ornavit Deus, quan-  
do sacrum tuum cadaver, in palu-  
dem projectum, ignea è cælo co-  
lumna prodidit, & fons ibi, morbos  
fugans, erupit. Corpus incorru-  
ptum, odoribus fragrans, unâ cum

Q 4 tumbâ,

284 ANNI CÆLESTIS

tumbā , cælesti manu à terrā elevabatur quotidie; & quō transferre deberet , ipse apparens in gloriā indicasti. Sancte mi Rex , intercede pro me ; ut sive repentinā , sicut tu sive aliā morte occumbam , occumbam sanctè : ut Regi Regum Deo æternum , unā tecum , homagium præstem in regiā æternitatis sanctæ. Amen.

S. Gabriel Archangèle , missus Deo , ad MARIAM , salutator.

S. Alexander Episc. senex , Martyr.

SS. Narcisse Ep. & Felix Diaconi MM.

Sancti decies mille MM. gladio percussi.

Sancti Trophime , & Eucarpio , qui è Saulis in Paulos , effuso è calo imbre flammeo , & hac voce : Surgez ; quia pœnitentibus peccata remittuntur , conversi , heroum Angelorum choros vidistis ; postea Martires per ignem .

S. Cyriile Episc. qui per mira Crucis , in cælo visæ , prodigia , eas quæ docebas , confirmabas .

S. Frigidiane Ep.

S. Anselme Ep.

OMNES SANCTI , &c.

pag. 44.

S. MARIA

S. MARIA, cuius dolorum festum  
hodie celebratur. Per omnes dolores,  
& per omnia gaudia tua, te rogo, fac,  
ut ea faciam, quae te delectent; ut sim  
tibi gaudio, & tu mihi!

19 Martii. 14 Kal. Apr.

S. Joseph, Sponse MARIAE, de quâ  
natus est JESUS; qui cum Deo  
JESU, & MARIA Dei Matre, plus  
quâm duodecim annis, conversa-  
tus dulcissimè, arcana mira didici-  
sti. Nónne cor tuum ardens erat,  
cum Deum, Deique Matrem, in  
unâ tecum domo, mensaque vide-  
res, loquentes audires? O felix Jo-  
seph, qui JESUM inter, & MARIAM,  
te consolantes, tibique ministran-  
tes, ultimum agonem egisti, spiri-  
tum exhalâsti! à quo nunquam ali-  
quid S. Teresia petiit, quod non  
impetrâsset! cuius nobis interces-  
sione donatur id, quod possilitas  
nostra non obtinet! Adesto mihi,  
quæso, morienti; ut me, in agone  
jacentem, suspirantem, expirantem  
juvent, ultimum spiritum colli-  
gant, & in æternum suum contu-  
bernium recipiant JESUS, MARIA,  
& Tu S. Joseph, ad cuius nomen,  
in cælo auditum, omnium Sancto-  
rum